



# Terra firma et novum regnum Granatense et Popayan

<https://hdl.handle.net/1874/430094>



### DESCRIPTIO TERRÆ FIRMÆ, &c.

mamque ejus partem valles & montes constituant. A paucorum bonitate commendatur, ut & à pecorum omnis generis multitudine. Variis tractibus maysum, triticum, fructusque alios Castellanos profert. Aurum quoque præbet, idque purissimum, æris insuper & coloris cærulei fodiis celebrata. Indigenæ agiles sunt, negotiatores gnavi, vestibus ex goffypio contextis induti. Vrbes hæc fere in ea supputantur: Vrbs *Santa Fe de Bogota*, condita ad montis Bogotæ radicem, in quam colonos deduxit Gonzalvus Ximenes Thalassiarca, qui cum esset Granatenfis, nomen quoque & urbi & regno dedit; cives habet plures sexcentis. Sunt hic Curia, Officiales reddituum regiorum, æarium, domus fusoria, Cathedralis & Metropolitanæ Ecclesia, cui suffraganeæ sunt *Popayan*, *Cartagena*, & *S. Martha*. Cœnobium habet Dominicanorum & Franciscanorum, & Indos tributarios supra 5000. Lacus hic est *Guaravita*, prope quem Idolis honorem divinum exhibebant Indi, magnasq; auri gazas in sacrificium iisdem obtulisse creduntur.

Vrbs *S. Michaelis* hoc consilio condita, ut ex ea commodius commerciorum societas iniri posset cum Indis *Panches* dictis, qui climate viventes calidore non sine valetudinis manifesta noxa in urbem *Santa Fe* climate sitam frigido negotiatum ibant. Vrbem *Tocaymam* coloniam fecit Ferdinandus Vanegas, sita est ad ripam præstantissimi fluminis Pati, qui in flumen *de la Magdalena* se exonerat. Cœnobium habet unicum Dominicanorum. Aurum non fert, nec rore nocturno humectatur, omnium calidissima. Nullo communi idiomate utuntur hujus Novi Regni incolæ, quanquam maxime illud vigeat, quo Indi *Panches* utuntur. Vrbs *Trinidad* incolas accepit à Duce Ludovico Lanchero anno 1582, quo tempore cum Indis *Moscas* dictis bellum gereret, hominibus timidis, at vafris. Locuples in ejus ditione est fodia smaragdorum. Vrbs *de la Palma* calidae magis quam frigidae temperie, condita est anno 1572 à Gutero de Ovalle in altissimo monte, ut in bello adversus Indos propugnaculi loco esset. Ducentos hæc urbs ad bellum mittit equites, & commeatus, omniumque rerum ad vitæ humanæ sustentationem necessariarum abundantia alii regionibus longe præcellit. Nulla totius hujus regni parte magis fervent mercaturæ studia, quam hac ipsa in urbe. Cœnobia habet duo, Dominicanorum unum, Franciscanorum alterum. Vrbs *Pamplona* 70 à *S. Fe* leucis versus Mesen sita, exstructa est jussu *Michaelis Diaz de Armendariz*, auri & pecorum est feracissima. Vrbs *de Chiriboval* coloniam fecit Dux Franciscus de Cacyres, alendo pecori perquam idoneus est ager, licet aurum ferat parvus. Vrbs *Merida* in finibus sita est, regione secunda tum auri, tum tritici proventu. Vrbs *Belez* 13 à *S. Fe* leucis Boream versus, & 15 à *Tunia*, cœnobium unum habet Franciscanorum. Colonos accepit à Gonzalvo Ximenez. Olim tonitruorum hic strepitus & fragor audiebatur frequens, sed nunc, ut Hispani scribunt, infrequentius; quia huic naturæ malo peculiaris virtute occurrit Sacramentum Altaris. Mons hic est perpetuo ardens, lapidesque & faxa evomens. Vrbs *Mariquita*, alias *S. Sebastian del Oro* dicta, 40 à *S. Fe* leucis versus *Thrafciozephyrum*, colonos accepit anno 1551, sitaque est in campi planite ad montium radicem, temperie aeris calidissima. Vrbs *Yagua* prima est Novi Regni colonia, contermina ditione *Popayan*. Colonos in eam deduxit Andreas Lopez de Galarza anno 1551, jussu supremae Curiae, ad occurrentem excursionibus Indorum, quibus cives *Tocaymæ* & *Carthaginis* infestabant, utque tutus pateret aditus in præfecturam *Popayan*. Vrbs *de la Victoria de los Remedios*, in tabula Sennora de los Remedios auri fodiis ditissima est. Vrbs *de S. Juan de Lianos* 50 à *Santa Fe* leucis versus Meridiem, auro locuples est. Colonos ex urbe *Tudela*, quæ in hac quoque præfectura est sita, abduxit Petrus de Vrfua, hac de causa, quod hostilius tractarent Indos qui Moschæ appellantur. Septem ad hanc Novi Regni Cameram pertinent loca præfectura *Popayan*; *S. Fe del Antiochia*, *Caramanta*, *Arma*, *Anzerna*, *Carthago*, *S. Sebastian de la Plata*, & *S. Vincent de los Pazes*. Deferuntur in Novum hoc Regnum merces per flumen maximum *de la Magdalena* à *Malambo* in fluminis ostio posita urbe. Tanta autem aquarum rapiditate & fluxus impetu in mare excurrit, ut nisi longius ab ejus ostio recesserint præter navigantes, maximum diläcrimen incurant. Sita est in fauibus ejus insula. Navigabile est ad leucas 150, & amplius; longius vero in loca mediterranea diffunditur. Magdalena nomen accepit, quod festo *S. Magdalena* detectus sit ejus aditus.

*Fluvius Magdalena.*

*Provincia de S. Martha.* Præfectura *S. Martha* ad oram Terra Firmæ inter *Carthagena* & flumen *de la Hache* ad leucas 20 extenditur. Aurum & æs copiose suppeditat, necnon preciosos lapides. Quinque habet Castellanorum pagos, indigenas plurimos, eosque belli studiis exercitatos.

Vrbs maritimam *S. Martha* coloniam fecit Bastidas classium Præfetus, anno 1525. Sedes est Gubernatoris & Officialium regiorum, & Ecclesiæ Cathedralis, Novi Regni suffraganeæ. Portum sic satis commodum habet. Quatuor hæc præfectura habet provincias, *Poziguam*, *Beronam*, *Chimicam*, & *Tayronam*, quod si interpreteris, fornacem significat, quia in hac provincia incredibilis est copia metallorum, & maximi precii lapidum. *Tenerife* prope flumen *la Madalena* sita est, in quam colonos deduxit Franciscus Henrici, jussu Gonzalvi Perezii. *Tamalameque* five civitas de las Palmas colonos accepit à Duce Bartholomæo Dalva an. 1561. Vrbs *de los Reyes* in valle *Vpari* sita, 50 à *S. Martha* leucis, ferax mayzi, pecorum, annonæ, etiam æris; colonia facta est à Duce Santana. Sunt & hic oppidum *Ocania*, fluvii *Bubia*, *Piras*, *Palamino*.

*Provincia*

### DESCRIPTIO

## TERRÆ FIRMÆ,

Novi Regni

GRANATENSIS

&

POPAYAN.



A Americæ Australis pars, quæ primum *Castella del Oro*, hoc est *Caffella aurea* dicta fuit, & postmodum *Terre firme* nomen accepit, angustis valde limitibus coërcetur. Sedes hæc est ipsius Curiae, sive Audientia, uti Hispani vocant, idque ad expediendas classes & merces qualilibet, quæ in Peru comitant & remeant. Longitudo ejus ab Ortu in Occafum leucarum pene est 90 à confiniis Praefecture *Cartagenæ*, & *Popayan*, ad usque *Castillo de Veragua*. Latitudo. Latitudo vero à mari Pacifico ad mare usque Septentrionale versu Occa-

IIndos soli. sum leucarum est 60. At inter *Nombre de Dios* & *Panamam* 18. Regio omnis montibus & rupibus præruptis aspera est, paludoa quoque temperie calida & humida, qua multorum morborum à Majo ad Novembrem usque graftantium fecunda est parens. Solum sterile est, & cum parcus mayzum ferat, multarum rerum inopia laborat, pascua tamen vaccis pecoribusque latissima præbet. Sub hujus Curiae districtu *Veragua* continetur, & ad hanc, uti & ad præfecturam *Panamæ* sequentes referuntur urbes; *Panama* in ipsa ora maris Pacifici sita, cives habet 600 *Panama*. magna ex parte mercatores. Resident hæc præter Curiam ipsam, reddituum regiorum Officiales, ipsi thesauri regii, qui mox ab adventantibus classibus recipiuntur, & alio tranportantur. Cathedram habet Ecclesiæ, sed suffraganeam Archiepiscopatus de los Reyes, cœnobia tria, Dominicanorum, Franciscanorum, & Mercenariorum. Vrbs *Nombre de Dios*, condita demum est anno 1510. Portum ejus deprehendit primus Admiralius, posseque in *Porto Belo* translatus est, quod nomen illi inditum, propterea quod salubrior, & onerandis exonerandisque classibus aptior esset futurus, magisque navium stationi idoneus. Dupli via merces è *Portobelo* in *Panamam* devehuntur, una terrestri 18 leucarum intervallo, altera maritima & per flumen *de Chagre*, cuius ostium à *Portobelo* abest leucas 18 Occafum versus. Ab ea parte ubi fluvius definit, curribus porro *Panamam* itur.

Vrbs *Nata* 30 à *Panama* leucis versus Occafum recedit ad oram quoque maris Pacifici. *Nata*.

Provincia *Veraguæ* altit. grad. 10 Coistaricæ ad Occidentem contermina est, long. ab Ortu in Occafum leuc. 50, latit. 25. Regio omnis montosa est, vastissimis cincta nemoribus & vepritis; verum hortis, pecore, tritico & hordeo carens. parum habet mayzi & herbarum horten-*Veraguæ*.

si. Mineris auri passim perfusa est. Auri fodinae habet in fluvii & montium fissuris prædites, necnon Indos armis & bellis exercitatos. Est in ea urbs *Conceptionis* Occidentem versus, in *La Conception*.

qua sedem habent gubernator & officiales, qui hodie à Curia Panamensi designantur. Etiam *Trinidad*,

Trinitatis, quæ tribus à mari leucis recedit. Ad eam non nisi mari pervenitur, terra iter negante.

*Santa Fe*, hoc est, *Sancta fidei* oppidum domos habet fusorias, & officiū procuratores. Vrbs *S. Fe.*

*Carlos* ad oram maris Australis jacet. Quotquot huic præfecturæ subsunt Indi cum Hispanis *Carlos*.

bellum gerunt. Nullum insignem habet portum tum Septentrionalis, tum Meridionalis hujus *Trinidad*.

præfecturæ ora. Fluvios, portus & promontoria hac habet: Sinum de *Crabaco* sive *S. Hieronymi*, *Fluvii & pro-*

*fluvium de la Trinidad & de la Conception*, item *fluvium Belen*; *insulam de Escudo*; *fluvium de Chagre*, de montoria ac por-

*Portete*; ad quem usque in hujus oræ detectione pervenerat Columbus: portum *Langostas*, de *tus*.

*Gallinas*, *Buenaventura*, *Belo*; *insulas de las Miras*, & *de Bastimentos*; *fluvium Sardinilla* versus Oriente,

*Sardina*, *de Mayz*, *de Culebras*, *de Francisco*; *sinum de Viaba*, in cuius intimis est portus *de Nilcos*,

própe ostium fluminis *Darien*. Ad oram meridionalem promontorium spectatur *S. Marie*, cuspis *de Guerra*, sinus *de Parita*, fluvius *Coquira*, & aliis de *la Blasa* sive *Cogos*; in intimis ac profundissimis

sinus partibus, *Sinus de S. Miguel*, cuspis & portus *de Pinias*, denique portus *Quemado* prope pro-

montorium *de Corientes*, altit. grad. 10.

Territorium Novi Regni Granatenis ab Oriente in Occidentem 300 leucis protenditur, & totidem à Meridie in Septentrionem, quibus includuntur Provinciæ *Novæ Granadæ*, præfe-cturæ insuper *S. Martæ* & *Cartagenæ*, necnon pars regionis *Popayan*; Regio est plana, maxi-maque

*Novum regnum Granatense.*

E

mamque

G7600110.